UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Exactoribus tributorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

De exactoribus tributorum. Rub. XIX.

LEX I.

Decennarij. Exactores non autem exige-
re, niſi eos, qui in breuibus cõ-
tinentur ſeu exactis a tabellario ſibi datis. h. d. De of-
a ficio illorũ tabellariorũ vidiſtis in l. ij. de iu. fiſ.[a] ¶ † No.
1 qḋ ille, qui eſt grauatus vt ſoluat collectas, ſeu tributa, poteſt di-
cere exactori, oſtende ſi ſum deſcriptus in quaterno, ⁊ ſi ibi nõ re-
b peritur, iniuſte grauatur.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ De materia adde an exactor tributorum poſſit offi-
ciũ ſuũ alteri cõmittere, ⁊ delegare, dixi de ca. largi. ti. j. in l. j. poſt
Bar. Item no. ꝙ exigenti tributa nomine fiſci non põt obijci cõ-
pẽſatio, nec ipſi nec fiſco, vt eſt text. no. in l. iij. de compẽſatio, ⁊ in l.
aufertur. §. ſi cõpenſatio. ff. de iure fiſc. ⁊ ibi habes plures caſus in
quibus fiſco non obijcitur compenſatio, q̃ idem dicas in ſacerdo
te exigente decimas, ſecundum gl. ſingularem. xvj. q. j. decime.
b ALEX. ¶ No. debitorem tributorũ non poſſe cõueniri antequã
hoc fiat a tabellione. Item no. nihil exigendum vltra id qḋ debe-
2 tur, vt ſ. de anno. ⁊ trib. l. oẽs. † Item no. qḋ exactores non poſſunt
3 pignorare aliquem, niſi habeant buletinũ. † In tex. ibi, breues, no.
modum loquendi. Scriptura em̃ tabellionis breuem appellat, de
4 quo in l. inter chartulas. ſ. de conue. fiſc. debi. † Item no. iſtum ca-
ſum, qḋ aliquem non ſoluiſſe collectam, vel tributum, probatur ꝑ
librum exactoris, in quo ſunt deſcripta omnia nomina debito-
rum qui non ſoluerunt. Pro hoc etiam videtur caſus in l. iuſtum.
ſ. de edẽ. facit. l. Sempronia libellos. de fur. ⁊ vide in l. fi. ff. de reb⁹
eo. Ang. Et per hoc ego dico ꝙ iſta negatiua, oſtendas librum ꝙ
non ſum deſcriptus in libro, cũ ſit coarctata ad certam ſcripturã,
eſt probabilis, ⁊ incumbit onus probandi illi, qui ita negat, per
iſtum tex. Idem bonus tex. in l. cum lege. de probatio. ⁊ idẽ firmat
Bar. in l. ei qui. in fin. ſ. de app. vbi ſi dico quod ſentẽtia eſt nulla,
q̃ non fui citatus, ⁊ volo probare per inſpectionem actorum qḋ
poſſim, ⁊ mihi incumbit onus. De quo adde no. ꝑ Bal. in l. actor.
ſ. de probatio. ⁊ l. hoc iure. ⁊ l. in illa. de ver. obl. ⁊ Hoſt. ⁊ doc. in c.
bone. de elec. bonus tex. in c. vj. de cleri. nõ reſid. videtur ibi iſta ne
gatiua quod quis non reſederit in beneficio probat per diligentẽ
inquiſitionem in loco factam, vbi reſidere debet.

LEX II.

1 ☞ Remedia que habeat fiſcus contra non ſoluentem collectas.
4 Mulier etiam pro debito publico detineri non poteſt.
8 Creditor, qui ex forma ſtatuti poteſt facere debitorem carcerari, ⁊
mitti in poſſeſſionem ſuorum bonorum, poteſt petere quod debi-
tor carceretur antequam veniat ad bona.
16 Creditor habens primum decretum in bonis debitoris poteſt illi
renunciare, ⁊ facere capi debitorem.

Nemo carcerem. Primo prouidet debi-
toribus exactis contra
officiales. Secundo prouidet contra ipſos debitores nõ
ſoluentes. Tertio ponit rationem. Secunda ibi, vel certe. Tertia
ibi, qua facultate. Prima pars continet duplicem prouiſionem.
prohibet enim iniurias inferri debitoribus. Secundo eis premit-
tit quod de iniurijs querelam exponant ſecure coram preſide, in
ſecunda parte ſimiliter ponitur duplex prouiſio. Primo quod de-
bitores contumaces capiantur, ⁊ cuſtodiantur a familia. Secun-
do ſi hoc non ſufficit, capiãtur eorum bona, ⁊ de hoc fiſco ſatiſfiat.
a tertia pars eſt clara.[a] Not. quod pro debitis publicis non debet
quis poni in carceribus, neque nouitates aliquas, vel inſolentiam
aliquam pati in perſona. Et ſic nota contra iudices, qui precipiũt
3 ne detur eis bibere, nec comedere, donec ſoluant. † Secundo not.
quod pro debito publico poſſunt homines capi, ⁊ detineri. Iſtam
b materiam examinaui plene in l. ſacrilegij. §. fin. ff. ad l. Iul. pecu.[b]
Tertio not. quod primo capitur perſona. Secundo deuenitur ad
res, ⁊ iſtud contra text. videtur in d. l. ſacrilegij. §. fin. ſed forte iudex
poterit eligere hunc ordinem, vel illum, prout viſum ſibi fuerit.
Pro debito vero priuati videtur quod perſona non poſſit deti-
neri, donec bona ſunt ſoluendo, vt l. iij. §. tutores, ⁊ ibi gloſ. ff. de ſu-
4 ſpec. tu. Sic debet intelligi. l. j. ſ. qui bon. ce. poſ. † Mulieres etiam
pro debitis publicis detineri non poſſunt in perſonam, vt l. j. de
c offic. diuer. iud. ⁊ authen. ibi poſita.[c]

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Quot remedia habet fiſcus contra non ſoluẽtem tri-
1 buta, ⁊ quo tempore, † vide Bal. in l. j. ſupra, ſi propter publ. p enſi.
Alexand. Iſtum text. allegauit Bald. in l. fin. ff. de in ius voc. and.
quod illud quod dicitur quod luit in corpus, qui nõ habet in ere,
vt xvj. procedit vbi illud quod erat ſoluendum, veniebat ex pena
delicti. ſecus ſi ex contractu, per iſtum text. ſecundum eum. Adde
Iacob. Butr. hoc idem tenentem in l. ſi quis id quod. de iur. om-
nium iudic. per l. j. ⁊ totum titu. ſupra, qui bon. ced. poſ. ⁊ adde In-
2 nocent. in c. Odoardus. de ſolu. † ¶ Not. contra iudices, qui pre-
cipiunt quod non detur cibus, neque potus carceratis, donec ſol-
uerint debitum. adde Angel. idem tenentem per l. ſi victum. ff. de
re iudi. Et adde Bart. in tract. de queſtio. in ver. ſed quid de tali q.
Item ver. ſecundo not. ibi ad leg. Iul. pecul. ⁊ in l. conſentaneum.
ſ. quomodo ⁊ quan. iud. ⁊ per Ang. hic, ⁊ per Bart. in l. ij. de cuſto.
re. per Aret. inſtit. de act. in §. fin.
b ALEX. ¶ Idem not. Angel. hic, ⁊ Bald. contra, in l. j. ſupra, qui
bon. ced. poſſ. ¶ Nota, adde quod id quod dicitur, quod mulier
non poteſt capi pro debito tam publico, quam priuato, nam idem
tenet gloſſ. in l. ſed ⁊ is qui. ff. de in ius voc. fallit in muliere obliga-
ta per adminiſtrationem tutele, que priuilegijs ſuis renunciauit,
iuxta authentic. mat. ⁊ auie. quando mulier tut. offic. fungi poteſt.
nam etiam priuilegio. d. l. j. ⁊ authen. nouo iure, dicitur renunciaſ-
ſe, ⁊ per conſequens carcerari poteſt, ſecundum Bart. in authen.
⁊ in l. ſi quis ſub cõditione. ff. de teſt. tut. Item fallit in muliere me-
retrice ⁊ inhoneſte viuente, que laqueis ⁊ priuilegijs legum non
innouatur, l. quo adulterium. ſupra de adult. Ita not. voluit Bal.
in l. conſentaneum. ſupra quomodo ⁊ quando iud. arg. text. in au-
thenti. de reſtit. ⁊ ea que parit. collatio. v. §. fin. quod intelligit vo-
rum. Rom. in l. ſi vero. §. de viro, ſolut. matrimon. in ij. fallen. niſi ta-
lis mulier inhoneſte vite eſſet nupta. ij. no. per Ioan. And. in addi.
Spec. in rubr. de iniurijs. arg. l. ſi vxor. §. j. ff. de adulter. vbi optima
litera ad hoc que vult quod ita dicatur commiſiſſe adulterium,
qui vxorem alterius inhoneſte viuentem cognouit, quam qui eam
que honeſte viuebat, ⁊ hoc propter maritum, quod eſt ſumme no-
tandum.
c ANG. ¶ † Nota ex iſto principio coniuncto fine, quod duplex eſt
5 carcer. Unus pene, de quo loquitur principium huius legis, ⁊ l.
iij. de cuſtod. re. Alius cuſtodie, de quo loquitur finis huius legis,
⁊ l. fin. de cuſtod. re. ſupra. ⁊ ff. Eſt ⁊ alius qui vocatur carcer peni-
tentie, quo vtuntur epiſcopi, ⁊ prelati, contra preſbyteros, ⁊ ſub-
iectos alios quoquo modo peccantes. In text. ibi, omnem ſub-
6 ſtantiam. † Nota, quod pro debito fiſcali non ſolum poteſt quis
carcerari, ſed etiam ipſius carcerati bona principaliter vendi, ⁊
diſtrahi pro communi, adeo fiſcus habet optionem vtrum velit
prius debitorem carcerare, an ad bona peruenire, vt hic, quod in-
telligo in debitore tributorum, vt hic. Contra alios vero debito-
res ex alijs cauſis forte eſſet neceſſe quod prius deueniretur ad
bona, quam ad carcerationem, vt l. ſacrilegij, el ſecundo. §. fina. ad
7 legem Iuliam pecul. ¶ † Et faciunt ad queſtio. dicit ſtatutum
quod vigore debiti confeſſionati, quilibet debitor poſſit capi ⁊ de-
trudi in carcerem, an ſi debitor ex inſtrumento confeſſionato eſt
detruſus in carcerem, ipſo exiſtente in carcere poſſit creditor de
ſuis bonis facere ſibi ſatiſfieri, ⁊ hic eſt text. quod ſic. Nam per re-
medium incarcerationis non tollitur creditori poteſtas petendi
ſe mitti in poſſeſſionem bonorum debitoris vt eſt caſus in l. qui le-
gati. ſupra, vt in poſſeſſio. lega. ⁊ l. j. §. ex hoc. verſic. ſed finge. ff. de
ventre inſpic. quos text. allegat. ad hoc Archidiacon. extra de eo
8 qui mit. in poſſeſ. cauſ. rei ſer. in rubric. Item faciunt † ad queſtio.
quod ſi ſecundum formam ſtatutorum permittitur alicui facere
incarcerari debitorem, ⁊ mitti in poſſeſſionem ſuorum bonorum,
prout eſt Peruſij, quod creditor poſſit petere, quod debitor car-
ceretur etiam antequam deueniatur ad remedium mittendi in
9 poſſeſſio. In gloſſ. que incipit, non ergo, ibi vel verius. † Nota,
bene ex iſta gloſſ. quod §. ſi vero, in authen. de exhibend. reis, vnde
ſumitur authentica ei qui. ſupra de bon. authorita. iud. poſſ. habet
locum non ſolum in priuato, verum etiam in fiſco, vt poſſit pete-
re ſe mitti in poſſeſſionem bonorum debitoris ſui, pro menſura
debiti declarati tantum, ⁊ non in plus, ſicut in priuato ſeruatur.
10 † Item nota, quod homines non poſſunt capi pro debito, ſi ta-
11 men ceſſant, poſſunt poni ſub cuſtodia militari. † Item not. hic ſe-
cundum vnam lectur. quod quilibet etiam priuatus poteſt ſua
authoritate carceratos ex iniuſta cauſa extrahere, ⁊ ſolutos di-
mittere, etiam forte ex violentia iudice renitente, maxime ſi ſolue-
runt id, pro quo detinebantur, argumen. ſ. de iure fiſc. l. prohibi-
12 tum, ⁊ de meta. l. deuotum, vt ĩ. de decur. l. omnes. in fin. † Item
nota, quod qui non facit quod debet, dicitur alienus ab humano
13 ſenſu. Item not. † quod contumacia cumulat penam. ff. de penis.
14 l. relegati, ⁊ extra vt lit. non conteſta. c. quoniam. §. fin. † Item not.
quod ſit officiũ iudicis contra non ſoluẽtes collectas, quia ſi con-
tumaces exiſtent, ponuntur ſub cuſtodia, ⁊ ſi perſeuerãt in nõ ſol-
uendo extendetur manus ad res ipſorum, vt hic, ⁊ l. iij. ĩ. eo. dixi ſ.
ſecun

15 ſecundum And. de Baru. tangam ĩ. tit. ij. l. ij. in fi. † Item no. quod
ideo pena imponitur vt homines metu pene magis efficiãtur me-
* tuentes, ⁊ obedientes, vt ff. de iuſtitia, ⁊ iure. l. j. in princ.* ¶ Quo-
tuplex ſit carcer, vide Angel. Aret. tract. maleficio. verb. carcerari
iuſſit. Card. clem. j. §. j. de heretic.
16 ALEX. ¶ Per hanc † legem, vide Ang. dicentem quod habens
primum decretum in bonis, poteſt renunciare bonis, ⁊ facere capi
debitorem perſonaliter, ⁊ econtra, tamen hoc fuit elegans dictum
Bart. in l. conſentaneum. ꝯ. quomodo ⁊ quando iud. ⁊ iſtud ſecu-
tus fuit Ang. hic, ⁊ idem voluit Paul. de Caſtr. in l. ij. de teſt. milit.
de quo vide do. meum in l. ſi finita. §. Jul. de dam. infect. Alex. Pro
debito non debet quis detineri, facit c. ij. de pign. vbi dicitur quod
liber homo non detinetur quantumcunq; non habeat bona ſuffi-
cientia ad debitum ⁊ not. gloſ. in auth. imo. ꝯ. de act. ⁊ oblig. etiam
ſi fiat pactum, quia ſapit ſpeciem ſeruitutis ad quam per pactum
quis non debet poſſe deduci. l. nec ſi volens. de lib. cau. Facit quod
no. Bar. in l. Titio centum. §. ij. de condit. ⁊ demon. vbi dixit quod
vbicunque infringitur ius libertatis per pactum, non valet, quod
etiam patet, quia lege eſt prohibitũ. ſcilicet, quod nullus pro de-
bito capiatur. d. ca. ij. ⁊ legi prohibitiue renunciari non poteſt, not.
gloſ. in rubr. ꝯ. ne fideiuſ. dot. dentur, ⁊c. Item quia capere ⁊ carce-
rari eſt iuriſdictionis, cui pactis priuatorum renunciari nõ poteſt,
nec iuriſdictio dari. l. priuatorum. ꝯ. de iuriſd. om. iud. quod tamen
limita, niſi aliud ſtatutum induceret, quoniã plus valet ſtatutum
quam pactum. l. non impoſſibile, de pact. ⁊ not. Bartol. in l. omnes
populi. de iuſt. ⁊ iu. ⁊ l. ex pretorio. ff. de reg. iur. Bal. in l. programma.
ſupra commina. vel epiſtolas, licet gl. videatur tenere contra-
rium. in rubr. ꝯ. de decretis decurionum, ſed intelligitur affirmati-
ue illa gloſ. ſcilicet quod fieri poteſt per pactum. poteſt fieri ⁊ per
ſtatutum, non autem negatiue. Ita voluit Joan. And. in c. penult.
extra de conſuet. ⁊ videtur etiam de mente gloſ. in rubr. ⁊ ibi Bar.
aliud tamen quod dicitur hic, quod pro debito quis detineri non
poteſt, non haberet locum hodie, ſi quis eſſet confeſſus debitum
per ſententiam, que tranſiuit in rem iudicatam, ⁊ elapſus eſſet ter-
minus datus iudicatis, iuxta. l. debitoribus. ff. de iudi. ⁊ l. fin. ſupra,
de vſur. rei iu. Nam ſi intra talem terminum nõ ſoluerit, poſſet de-
tineri. text. eſt in §. qui autem in verſi. ſed ſi quidem, coniuncta glo.
in verſi. cedere, in authentica de fideiuſſor. ⁊ etiam in alijs caſibus
fallit, quos not. collectos per me, ⁊ doct. in repet. mea, in l. j. in j. no.
in ſi. ſupra, qui bon. ced. poſ.

LEX III.

1 ☞ Eximens iuſte carceratum, tenetur ſoluere creditoribus.
2 Occultans aliquem vt capi non poſſit, an puniatur.

a Quoties. [a] † Qui debitorem captum eximit, ad
id quod fiſco, ⁊ priuato debebatur, te-
2 netur. hoc dicit. † Not. hic text. quod ille, qui eſt in car-
cere pro debito priuati, poteſt recommendari pro debito fiſci, ⁊
contra. quod plene dixi in l. ij. in fin. ff. de cuſtod. rep. Secundo not.
quod qui eum abſtulit, tenetur fiſco ⁊ priuato, glo. oppon. ⁊ ſoluit,
b dic, vt in ea.[b]

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Qui carceratum eximit de carcere, tenetur ſoluere
creditoribus, vide quod dixi poſt Barto. in l. milites. ff. de cuſtod.
reo. Et Bart. in ſua diſputatione incipiente, Loiſius fuit captus.
3 Alexand. † Quid ſi occulto aliquem quod capi non poſſit pro de-
bito, vel pena, vide Bal. in l. fin. ſupra de oper. lib.
b ALEX. ¶ Vide bonum text. in l. fi. de ope. lib. ſupra. ⁊ vide Bar.
in l. quare ta. ꝯ. ad leg. Jul. de vi priuata, ⁊ Bal. in l. addit. de epiſc.
aud. ⁊ in tract. ſuo de carceribus. ⁊ Bar. in l. cuiuſcũq;. ff. ad l. Jul.
maieſt. ⁊ Sal. in l. vnica, de rap. vir. ⁊ do. meum in l. admonendi. de
iureiur. cum ſimilib. ⁊ ibi omnino videas Roman. vbi dicit hunc
caſum eſſe mirabilem.

LEX IIII.

1 ☞ Propter non ſoluentes tributa ceteri grauantur.
2 Officiales ⁊ conſiliarij tenentur ad collectas.

a Actores. [a] Officiales tenentur ad ſoluẽdum tri-
buta, ne ipſis ceſſantibus ceteri onerẽ-
tur. Iſta lex innuit duo. Primo, quod ſi ex aliquo caſu
quidam non ſoluunt, ceteri onerantur. Contra iſtud videtur. ĩ. vt
nullus ex vica. pro alie. vica. deten. l. j. lib. vj. de quo dicam infra tit.
2 iij. ⁊ l. ij. ⁊ ibi gloſ. tangit. ¶ † Item innuit quod officiales ⁊ conſi-
liarij tenentur ſoluere collectas. In cõtrarium. ff. de muner. ⁊ hon.
l. honorem. Iſta duo examinabo in l. j. de immu. ne. conce. Et not.
hic glo. que incipit, Alias innouitas ibi, ⁊ ſic no. contra officiales.

ADDITIO.

a ANG. ¶ Actores. Sed † an propter non ſoluentes tributa ce-
1 teri grauentur, ⁊ hic eſt caſus quod ſic, ⁊ ſic not. quod portatur a
pluribus, portatur leuius, vt ĩ. de priuileg. domus Auguſt. in l. ij.
⁊ infra, eodem titulo. l. ſin. ⁊ eſt arg. contra officiales, vt teneantur
ſoluere feuda, ⁊ ire ad exercitum, ſicut alij.

LEX V.

Apparitores. Exactores debent remittere
ad curiam in ſcriptis quid
exactum eſt, ⁊ quid non, vt ex eorum ſcriptura officium
1 reddatur inſtructum. hoc dicit. ¶ † Not. quod exactores tenen-
tur reddere in ſcriptis, quid, ⁊ qualiter, ⁊ quantum exactum ſit,
idem in quolibet priuato, qui tenetur reddere rationem, vt l. j. §.
officio. ff. de tut. ⁊ ra. diſtr. l. ſi ſtatu lib. §. fin. ⁊ ſtatulibe.

LEX VI.

In fiſcalibus. Ad petitionem exactorum
cogitur preſes facere exa-
ctionem. hoc dicit. Nota, quod Poteſtates coguntur fa-
cere exactionem ad petitionem officialium, quod plene declara-
tur in l. proxima.

LEX VII.

9 ☞ Tutor ⁊ alius gerens tenetur reddere computa ſingulo anno.
13 In ciuilibus ad vtilitatem priuatorum non eſt licita inquiſitio,
niſi in cauſa ſuſpecti tutoris ⁊ dationis tutoris.
18 Rex ſi committit exactori quod compellat ſoluere omnes debito-
res, intelligitur ſeruata conſuetudine loci.

Miſſi. Primo ponit quod ſit officium exactorum.
Secundo ponit iudices ⁊ officiales permit-
tentes eis, vt aliquid faciant contra officium. Tertio
ponit quid iudices habent facere. Quarto qualiter, ⁊
ad quid tenentur ſi negligant. Quinto eis prouidet. Secunda
ibi, iudices. Tertia ibi, eum iudicem. Quarta ibi, quod ſi vltra.
Quinta ibi, iudicibus. ¶ In prima parte dicit quod exactores
debent monere iudicem, hoc eſt preſidem, poteſtatem, ſeu recto-
rem, vt faciat exactionem, ⁊ nihil habent facere cum debitoribus
fiſcalibus. ¶ In ſecunda parte dicit, quod ſi preſides paſſi fue-
rint quod exactores miſſi exigant per ſeipſos, puniuntur in du-
plũ, ⁊ apparitores preſidis deportãtur, ⁊ alij officiales relegantur
ad tẽpus. ¶ In tertia parte dicit, quid habet facere preſes, pote-
ſtas, vel alius Rector. Reſpondet Imperator quod primo debet
mittere pro debitoribus, ⁊ inquirere an debeant, ⁊ per eorũ tabu-
larios hoc debet diligẽter inſcribi, ⁊ poſtea mittere ſuos officiales
contra ſuos debitores, ⁊ cõpellere eos ad ſoluendũ, vt illud, quod
ſolutũ erit, perueniat ad illos opinatores, ſeu exactores, ita quod
impleto anno reuertatur cum exactione cõpleta. h. d. ¶ In quar-
ta parte dicitur, ſi preſes aut poteſtas fuerit negligens in exigen-
do, quod ipſe cogatur ſoluere de ſuo, tamen repetere poteſt a de-
bitoribus fiſcalibus, ⁊ ſi aliquid fuerit de exactis retentum, reſti-
a tuit in duplum. hoc dicit.[a] ¶ † In quinta parte dicit quod poſt-
1 quam Poteſtas, vel Rector ſoluit de ſuo, poteſt exigere a debito-
ribus, non obſtante aliquo priuilegio dignitatis, ⁊ poteſt cogere
exactores, ſeu caſtaldiones, ⁊ procuratores illorum debitorum.
2 Item etiam de hoc reſcribere princ. hoc dicit. † Not. principaliter
quod Poteſtates non poſſunt ipſis actoribus committere exa-
ctionem, quod eſt not. Jam enim vidi aliquos accuſari de roba-
3 ria, qui non poſſunt excuſari pretextu officij, per l. iſtam. † Nota,
quod ille qui tenetur facere exactionem intra certum tempus, ſi
non facit, cogitur ſoluere de ſuo, ⁊ ſic facit contra ſyndicos, ⁊ eco-
4 nomos, ⁊ ſi. † Vltimo not. quod pro exactione tributorum poſ-
b ſunt cogi caſtaldiones, ⁊ factores dominorum.[b]

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Hoc dicit. † Vide l. mancipia. cum ibi no. ꝯ. de ſer. fug. ⁊
1 per Bart. in l. j. de var. ⁊ extraord. cogni. ⁊ per Bart. in ſua diſput.
iudex qui per imperitiam, ⁊ per eundem, ⁊ ibi docto. in l. pen. ꝯ. de
furt. ⁊ per Bartol. ⁊ Ang. in l. ex maleficijs. §. heres. ff. de act. ⁊ ob.
per Bal. in l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de offi. procõ. ⁊ leg. per Bal.
⁊ Ang. in l. ſi filius. ff. de iudic. per gloſſ. ⁊ Bald. ⁊ Sal. ⁊ doct. in l. j.
ſupra de pena iud. qui male iud. Inſtit. de obli. que ex quaſi delict.
in princ. ⁊ in gloſ. per Angel. de Aret. in l. dies cautioni. §. in eam.
ff. de damn. infec. Alexan. ¶ Speculator in tit. de expen. §. poſtre-
mo. ver. illud. allegat iſtum tex. ſecundum quod ſi iudex qui omiſit
condẽnare in expenſis, parte petẽte fuit condẽnatus in ſyndicatu.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

⁊ velit a parte quam non condēnauit,illas expenſas repetere non
poteſt,per iſtum text. Sed certe communis opinio eſt in contra-
rium,quam tenet Bald.repꝛobans dictum Specu.in l.ſancimus.
ſ.de iudi.circa fin.⁊ idem tenet Imol.⁊ Roma.in l.ſi tertius.§.fin.
ff.de aqua plu.arcen.⁊ Ang.in l.ſi quis dolo.§.j.ff.de re iudi.bene
facit quod not. Ioan.Andr.poſt Innoc.in c.ſepe.de appel.cuius
dictum refert ⁊ ſequitur Pet.de Anch.in c.cum eterni.circa pꝛin.
de re iudi. de hac q.vide etiam per Bald.in l.obſeruare, in §.pꝛo-
ficiſci,in verſic.ſecundo quero.ff.de offic.pꝛocon.⁊ leg.⁊ per Ang.
in l.ſed mancipia.ſ.de ſer.fugi.per Bald.in ca.j.§.iudices.de pace
iur.fir.adde etiam quod alias.not.Bart.de iudi.in l.ſi quis vxoꝛi.
§.ſi fugitiuus.ff.de fur.⁊ in l.ſi reo.§.fin.de fideiuſ.⁊ vide quod dixi
poſt Barto.j.de paſcuis pu.dicit Lol.in ſingu.ſuis,in litera.l.not.
xliij.quod ſi iudex ſoluit,poteſt repetere,alias non.Alleg.Ang.in
l.ſi vacantia.per iſtum text.in verſic.ſecundo no.idem not.Bar.in
l.iiij.§.actoꝛ.de re iu.per tex.in l.j.in pꝛinc.de mu.⁊ ho.
b ANG. ¶Hoc dicit.†No.quod officialis deputatus ad recipien-
5 dam ſolutionem,non poteſt ab inuito exigere, vt j.de cano.largit.
6 l.neque.⁊ ibi not.†¶Not.in ſecundo dicto conſuetudinem regio-
nis eſſe ſeruandam. ſ.de pe.bo.ſu.l.j.ſ.de iure fiſci.l.pen ⁊ ibi not.
7 ¶†Item not.argu.ibi.alij committimus, quod exactoꝛ fodrij alij
committere non poteſt exactionem, ⁊ ſi facit, punitur, vt j.dicam
8 de ca.lar.l.iij. ¶†Item not.quod officium Rectoꝛis eſt inquirere
debitoꝛes communis, ⁊ iura inquiſita exigere, vt hic, ⁊ ſ.l.pꝛoxi.⁊
9 ſi non facit punitur,vt l.iudices.ſ.de ann.⁊ tribu.¶ Item † argu.
quod tutoꝛ gerēs,vel alius adminiſtratoꝛ alienoꝛum negotioꝛum
debet reddere computa ſingulis annis. Ad idem.j.de nauic.l.ij.⁊
10 ⁊ hoc videtur etiam dicere.l.ſi plures.§.j.ff.de admi.tut. ¶†Item
not.ex quarto dicto contra officiales,⁊ collectoꝛes collectarum,⁊
fodrioꝛum ſi aliquid retinēt de hoc quod exercuerunt,vel aliquod
ſeruitium acceperunt ab his qui debent aliquid a communi reci-
pere, vt eis fiat ſolutio alia pena imponitur,vt ſ.de anno.⁊ trib.l.
11 iudices,⁊ j.de ſa.ho.l.vnica. In tex.ibi,paſſi fuerint. †¶Not.iudi-
cem negligentem criminaliter puniri. Pꝛo eo no.in l.iudices.ſ.de
anno.⁊ trib.ſ.de ſeru.fug.l.mācipia,⁊ de cuſto.reo.l.ad commenta-
12 rienſem.†Ibi,inuigilare not.quod etiam in cauſa ciuili ⁊ pecunia-
ria ad vtilitatē public.licita eſt inquiſitio,concoꝛ.ſ.de bo.vac.l.fin.
Et ſic hic videtur caſus pꝛo epiſcopis quod poſſint cōtra omnes
debentes aliquid pauperibus inquirere, ⁊ inter pauperes diſtri-
buere,nam licet talis inquiſitio fiat in pꝛiuatoꝛum fauoꝛem , tamē
13 tendit ad vtilitatem Reipub. † ideo dixi ad vtilitatem Reipub.
quia ad vtilitatem pꝛiuatoꝛū non eſt dare caſum,in quo poſſit per
viam inquiſitionis pꝛocedi,niſi in caſu ſuſpecti tutoꝛis,⁊ curato-
ris,ſecundum Bart.in l.iij.§.pꝛeterea.de ſuſpec.tutoꝛ.ſed certe eſt
dare alium caſum. Nam tutoꝛ ex inquiſitione datur, vt inſtitut.de
atti.tut.§.ſed hoc iure.⁊ ſic patet quod ibi mere inquiritur ad vti-
14 litatem pꝛiuatoꝛum. In text.ibi, conſuetudine ſeruata. † Not.in
modo exigendi tributa ⁊ collectas debere conſuetudinē ſeruari,
ideo ſi conſuetudo eſt quod incole ciuitatis non ſoluant tributa
neque collectas,talis conſuetudo ſeruanda erit per hunc tex. Ad
15 hoc facit l.j.ſ.que ſit lon.conſue. † Ibi,abſq; vlla moꝛa.not.ad ſta-
tuta dicentia quod debitoꝛes ex inſtrumentis confeſſionatis abſq;
vlla moꝛa cogātur ſoluere,nam intelligitur nullo iuris oꝛdine ſer-
16 uato. † Ibi in repetitione ſeruata.not.iſtum text.contra determi-
nationem gloſſ.in l.mancipia.ſ.de ſer.fugi.vbi dicit quod ſi iudex
pꝛopter negligentiam facit litem ſuam, quod pꝛopterea nō datur
ei poteſtas retinendi rem debitam parti,cum litis eſtimationē pꝛe-
ſtitit.hic enim text.directo dixit contra. Nam officiales negligen-
tes exigere tributa pꝛopter eoꝛum negligentiā faciunt litem ſuam
quia de eoꝛum pꝛopꝛio fiſco tenentur ſoluere illud, quod per tri-
butarios debetur, ⁊ tamen eis contra tributarios ſeruatur repe-
titio per actionem negotioꝛum geſtoꝛum,vel condic.ex hac leg.vt
dicit gloſ.⁊ hanc gloſ.not.alleg. Spec.in tit.de expen.§.poſtremo.
17 ver.illud etiam notandum. In text.ibi,vt partem debitam. † Not.
iſtum tex.quod ex ipſo delicto pena imponitur,quia pꝛo parte ve-
nit fiſco applicanda,pꝛo parte accuſatoꝛi.Simile in l.j.§.hec in fa-
ctum actio.ff.de his qui de.vel effu.⁊ facit ad not. ff.de iure fiſc.l.
edito.§.extat.cum ſi.vide Bart.in l.agraria.ff.de termi.amoto.
18 ALEX. ¶Hanc † l.alleg. Bald.in l.etiam.in verſic.non reſtat.ſ.
de exec.rei iud.⁊ per hanc l.dicit Bal.in l.j.j.ſi pꝛopter publi.pen.
quod ſi rex exactoꝛi committit quod compellat omnes debitoꝛes
ſoluere omni coactione,quia ſibi videtur,intelligitur ſemper ſalua
foꝛma municipalis conſuetudinis.

LEX VIII.

1 ☞Eccleſia tenet̄ ſoluere onera realia pꝛo rebus tributarijs quas
emit,ſed collectam que imponitur perſone pꝛo rebus,non ſoluit.

SI diuina. Si domus imperialis vel eccleſia res
tributarias licite emerit,⁊ tributa nō
ſoluerit, res ei aufertur, ⁊ ciuitati aſſignabitur, vt integra
1 tributa ſoluātur. hoc dicit hec l.† ¶Et pꝛo declaratione huius
legis, quero quid vult dicere diuina domus, Gloſſa intelligit de
domo imperiali,vel eccleſia.Et ſecundum hoc habes,quod eccle-
ſia tenetur ſoluere tributa,quod eſt verum indubitanter,quando
emit poſſeſſiones tributarias, ita quod onus ſit reale, Sed colle-
ctam que imponitur perſone pꝛo rebus.etiam eccleſia nō cogitur
ſoluere,vt in authen.item nulla communitas,ſ.de ſacroſanc.eccle.
2 ⁊ ſ.de epiſcop.⁊ cler.l.de his, † ideo commune Peruſij ſtatuit vt
omnes poſſeſſiones tributarie eſſent, ⁊ collecte eſſent onus reale,
de quo dicam infra de mu.pa.ſuper rubꝛi.dixi,ff.de mun.⁊ honoꝛ.
a l.reſcr.§.fin.[a] † Quero quare dicit extra metrocomias, Glo.dicit,
4 quod intra illas nemini licet emere,Ex quo no,quod lex imperia-
lis, que pꝛohibet emere compꝛehendit etiam eccleſiam, pꝛout di-
uina domus ponitur hic pꝛo eccleſia. Statutū vero ciuitatis hoc
non poſſet,quia eſſet contra libertatem eccleſiarum, vt in authen.
caſſa.ſ.de ſacroſan.eccl.Quero quare dicit patrocinij cauſa? Dic
5 vt in gl.†Ultimo oppo.quod liceat purgare iſtam moꝛam,vt l.ob-
ſiſtere.ſ.de anno.⁊ trib.Sol.domus diuina,⁊ perſone in dignitate
poſite plus grauātur,quia plus de his timetur. Uel dic etiam hic
quod licet purgare moꝛam,ſecundū quod hic innuitur,quod ma-
gis placet,Item oppo.gl.de l.placet,ſ.de ſacroſ.eccl.dic vt in ea.

ADDITIO.

a ANG. ¶Fina. † Et ratio eſt. quia pꝛohibendo emptoꝛem, pꝛo-
3 hibet venditoꝛē,cum iſta ſint coꝛrelatiua,vt l.j.ff.de in diem addic.
in gloſ.ibi poſita. Unde pꝛeſuppoſito quod eccleſia ſit exempta a
iuriſdictione pꝛincipum , tamen alius contrahens ſuppoſitus eſt
eius iuriſdictioni.

De ſuperexactoribus. Rubr. XX.

LEX VNICA.

a QUicquid. [a] Qui plus exigit, in duplū
exigitur,⁊ pꝛopter conſuetu-
1 dinem capitaliter punitur. Not.quod † dicit,reſti-
tui pꝛotinus opoꝛtebit, quod intelligitur quod
exactio non fiat incontinenti. debet enim habere
tēpoꝛa que dantur iudicatis, licet ex delicto con-
demnetur,vt l.ſi cum exceptione.§.quod ſi homo.ff.quod me.cau.
ſed poſtquam fuit exactum, debet reſtitui pꝛotinus ei, a quo exa-
2 ctum eſt. † Not.quod pꝛopter conſuetudinem delinquendi quis
punitur ad moꝛtem.ſimile ſ.de delato.l.omnes.

ADDITIO.

a ALEX. ¶Quicquid. In text.ibi perſeueret.not.iſtum text.quod
pꝛeſuppoſito quod de crimine pena pecuniaria veniat imponēda,
tamen ſi ſit inquiſitio contra hominem tanquam talia facere con-
3 ſuetum, ⁊ de hoc ſit conuictus, capitaliter puniri poteſt †,⁊ ideo
aſſeſſoꝛes cum volunt facere aliquem decapitare malefactoꝛē no-
minatum,qui multa crimina commiſit,⁊ pluribus vicibus,ex qui-
bus tamen criminibus pena pecuniaria venit imponenda,inqui-
runt contra eum tanquam conſuetum,talia crimina committere,⁊
in his ſceleribus perſeuerare,⁊ ipſum conuincunt de tali perſeue-
ratione,⁊ conſuetudine,quo facto ſecure poſſunt eum ad moꝛtem
damnare, non obſtante quod talia crimina de ſui natura non ſint
capitalia,quod tene menti. Pꝛo hoc habes tex.in l.omnes.ſ.dela-
to.vbi quis pꝛopter conſuetudinem punitur pena moꝛtis.Angel.
¶Adde ad materiam quod exactoꝛ tributoꝛum ſcienter indebi-
tum exigens a debitoꝛe, tenetur furti, text.eſt not.in l.etiam.ſ.de
furt.⁊ vide Bald.in l.j.ſ.tit.j.vbi dicit per illum text.quod tenetur
crimine falſi.Not.conſuetudinē delinquendi aggrauare delictum,
facit l.iij.ſ.de epiſco.aud.hic allegata in gloſ.⁊ ibi Guliel.⁊ Bald.
huic etiam adde quod alibi dicitur, quod conſuetus litigare,⁊ ſi
continuus litigatoꝛ repellitur a teſtimonio.iij.q.iiij.ca.quia ſuſpe-
ctos,⁊c. nullus.ioi,frequenter litigantes, ⁊ allegat. Romanus in
ſingularibus in litera.E,no.xxxvj.Facit ad hoc quod ponitur per
ſcribentes,videlicet, do.Ant.⁊ do.Abb.⁊ alios,in c.teſtimonium,
de teſt.in illa q.an exiſtens in peccato moꝛtali repellatur a teſti-
monio,vt concluſio ſit quod ſi eſt conſuetus ⁊ perſeuerans in pec-
cato,repellitur,vide ibi ad pꝛedicta. Adde etiā quod dicit Bart.
in l.licitatio.§.qd illicite.ff.de pub.⁊ l.ſi diutino.de penis.vbi delic-
ta iterata, ⁊ etiam momentanea aggrauant delinquentem,vt ar-
ctius puniatur , vt l.mariti lenocinium.§.ſex menſium.ff.de adult.
facit etiā quod dixit Bal.in l.apud antiquos.ſ.de furt.quod ille,
qui hodie eſt furatus vnam rem viliam, cras aliam,⁊ ſic de ſimili-
bus,vt ſic ratione reiterationis,⁊ cōſuetudinis puniatur de furto,
⁊ poſſit ſuſpendi.l.capitalium. §.famoſos.de penis.dicitur in aut.
ſed nouo.ſupꝛa de ſer.fug. Qualiter autē quis dicatur conſuetus,
vide que dixi j.de paſcuis publi.in l.j.poſt Bart.